quantū ad materiā et opera manuum
hoim quātū ad formā ¶ Que ſimulacra
vana ſūt et inutilia. qꝛ Os habent figu ra
tiue et nō loquētur. oculos habent
ſcilicet depictos. et non videbunt.
Aures habent et non audient nec
eſt ſpūs in ore ipſoꝝ. illa ei mēbra exte
riora artifex potuit dare ſꝫ nō ſpūm dare ſic
ſupᵃ pſal. In exitu iſrł fuit expoſitū Simi
les illis fiant qui faciūt ea hac ſcꝫ in
tentione vt colant vt ſcꝫ fiant ita qꝺ ad ſimi
litudinē ydoloꝝ careant ſenſu diſcretionis
et motu bone operatōis et oēs qui cōfi
dūt in eis. ¶ Tales fiant ydolatre. ſed
Uos qui eſtis domus iſrael deū ſcꝫ
videntes fide formata benedicite domi
nū et vos domꝰ aaron vos ſcilꝫ collec
tio ſacerdotū ¶ Domꝰ leui ſcꝫ collectio
miniſtroꝝ et familia ſub ſacerdotibꝰ cōſti
tuta benedicite dominū et vos populi
omēs qui timetiſ deū benedicite do
minū ¶ Bn̄dicite dn̄m ſicut ego bn̄dicēs
dico. Benedictꝰ deus dominꝰ qui ve
nit ex ſyon homo factꝰ et qui habitat
in hieruſalem celeſti vbi videbimus eū
in eterna pace.

¶ Pſalmus. CXXXV. in quo mo
net omēs ad laudem dei.

¶ Propheta inuitat oēs ad cōfeſſi
onem diuine laudis propter excel
lentiā diuine bonitatis dicens.

Confitemini domi
no ꝯfeſſione laudis quoniā bo
nus a quo ſicut a fonte omne bo
nū fluit in nos bonos nos faciens.
Item confitemini dn̄o. quoniā in eter
nū miſcdia eiꝰ qꝛ in hac vita ꝑ miſcdiā
ꝯdonat pctā et ꝯfert multa ſpūalia bona et
in alia vita remunerat fideles vltra merita
Cōfitemi domīo qꝛ ipſe creatoꝛ āgeloꝝ
ꝛ alioꝝ ſanctoꝝ q̄ participatōne diuine grē
dij dicuntur. ¶ Confitemini domino
qm̄ ipſe eſt qui dominatur omibꝰ
dominis et pncipibꝰ huius mūdi in cuiꝰ
ditione cūcta ſūt poſita. et non ſit qui poſſit
reſiſtere volūtati eius. ¶ Confitemini dn̄o
quoniam ipſe eſt Qui ꝓpria virtute fa
cit mirabilia nō indigens auxilio cuiuſ
cunqꝫ ¶ Confitemini dn̄o Quia ipſe fe
cit celos prout in ſua mente diſpo
ſuerat per ſapientiā ſuam nō ab alio edo
ctus nec ſecutꝰ exemplū alterius. Item con
fitemini illi Qui firmauit terrā iuxta
aquas. Confitemini illi Qui fecit lumi
naria magna. ſ. ſolem vt eſſet lux illumi
nans diem lunam et ſtellas vt poſſint
illuminare noctem. Confitemini illi Qui
percuſſit egiptū multis plagis ꝓpter li
berandū populum iſrahel cum primo
genitis eoꝝ. Confitemini illi Qui edu
xit iſrael de medio egiptioꝝ in oſten
ſione ſue inuincibilis potentie et in forti ꝑ
cuſſione egiptioꝝ. ¶ Confitemini illi Qui
diuiſit mare rubrū in diuiſiones Et
eduxit iſrael per mediū eiꝰ prebens ei
iter ſiccum. Et excuſſit. i. extinxit phara
onem regem egipti et exercitū eius in
mari rubro. ¶ Qui tranſduxit po
pulum ſuum poſt tranſitum maris ru
bri per deſertum quadraginta annis.
Qui percuſſit pro filijs iſrahel reges
magnos et occidit reges fortes
Seon regem amorreorum et og re
gem baſan. et dedit terram eorum
hereditatem quantum in ſe fuit Here
ditatem dedit non cuilibet. ſed iſrael ſer
uo ſuo. ¶ Ideo hec omnia nobis fecit
Quia in deiectiōe noſtra in qua era
mus deiecti et contempti ſub ſeruitute egi
ptiorum memor fuit noſtri liberando
nos ab ea. ¶ Unde ſequitur.
¶ Et redemit nos ab inimicis no
ſtris. ¶ Confitemini illi Qui dat eſcā
omni generi hominum corporalem
qua corpus paſcitur ſpiritualem qua ani
ma viuit et nutritur.
¶ Confitemini deo qui eſt creator ce
li et gubernator atqꝫ promiſſor.
¶ Sanctus iſte ſicut a laude inchoauit ita
in laude terminans ait.
¶ Confitemini domino domino
rum quoniam in eternū miſericor
dia eius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pſalmus.CXXXVI.in quo do
cet flere.tum pro incolatu preſētis
vite.tum pro dilatione celeſtis pa-
trie.

Propheta in perſona iuſtoꝝ pro
incolatu preſentis miſerie ait.

Super flumīa ba
bilonis ſuper bona delectabilia
huius ꝯfuſibilis mundi que more
fluminum fluunt et refluūt illic ſedim⁹
et fleuimus videntes miſeriaꝫ in qua ſu
mus et dum recordaremur celeſtis
patrie que eſt vera terra nrē ꝓmiſſionis.

Et quia flentes ſumus inter homines
malos infructuoſos et difficiles ad trahen
dum ad rectaꝫ fidem qui ſunt In medio
babilonie.id eſt.in plenitudine confuſio-
nis ſuſpendimus ſubtraximus ſcilicet
organa noſtra.id eſt. ſcripturas diuīas
vtriuſqꝫ teſtamenti et promiſſa dei annun
ciare illis tanq̄ꝫ ab indignis.ab his enī por
cis et canibus ſcripturas auertimus.

Affligimur inſuper. Quia in hoc ba-
bilonico mūdo.peccatores miniſtri demo
num qui verbo et exemplo deduxerunt
olim nos in peccatum temptantes et ir-
ridentes interrogauerunt cur non can
taremus et deduceremus dies in hoc ſecu
lo in gaudio ſicut ipſi. Et ſimiliter illi qui
adduxerunt nos ad has miſerias pre-
ceperunt dicentes irridentes. hymnum
cantate nobis ꝺ canticis que canta
batis in eccleſia ex quo vos dicitis hoc
eſſe ad laudem dei. Ita illi dicūt ſed nos
reſpondemus Quomodo cātabimus
canticum domini exiſtentes in terra
aliena vicijs dedita. vos non noſcitis cu
pere niſi quod fluit ī tempore eterna medi-
tari ignoratis. pleni eſtis cupiditatib⁹ ma
lis.talibus non debemus cantare.nec ami
cicias eoruꝫ habere.ne incipiamus delecta
ri in rebus ſeculi.Ceterū non cantabimus
vobis quia non petitis vt audiatis hmōi
cantica ſyon.ſed vt irrideatis et blaſpheme
tis vnde tacebim⁹. Uir iuſtus inter ma
la poſit⁹ ait Si oblitus fuero ac ſi dicat.
quāuis malis vndiqꝫ affligar ⁊ ab impijs
obprobria et irriſiones patiar. ſi tamen in
ter iſta oblitus fuero tui celeſtis hieru
ſaleꝫ vt illis complacere velim obliuiſca
tur me dextera tua. id eſt.nulla meorū
operum mentio apud deum habeatur
Adhereat lingua mea faucib⁹ meis
vt omnino mutus fiā ſi non iugiter me
moria tua verſetur in corde meo.

Propheta conuerſus ad dominū orat
vt hoſtes puniat.quaſi diceret. ego ita me
habeo.ſed o domine Memor eſto vt pu
nias in futuro iudicio maliciam iſtorū car
naliuꝫ hominum .qui iuſtis aduerſantur
ſicut eſau iacob eſt perſecutus.memor eſto
filiorum edom quod interpretatur ter
rena et ſanguinea.id eſt.hominum qui no
ſtrum effundunt ſanguinem ⁊ nos in appe
titum terrenorum inducere volūt. et tunc
dico memor eſto in die hierl'm.id eſt.in
die iudicij quando apparebit claritas fide
lium. Memor eſto y dumeorum filioꝝ
edom qui dicūt nō verbis ſed factis ſocijs
ſuis ſiue miniſtris cupientes totaliter eua
cuare omnem religionem et ſanctimoni-
am de eccleſia. Exinanite exinanite
id eſt.euacuate euacuate quicquid iuſticie
quicquid ſanctitatis eſt in ea confundite.
ꝯfundite eam vſqꝫ ad fundamentū ſi-
dei quod eſt chriſtus perimatis
Illi ita dicūt.ſꝫ Tu ꝯgregatio maloꝝ fi
lia ꝯfuſionis miſera es in ipſa exultatōe
et in ipſa ꝓſumptiōe tua beat⁹ qui retri
buet penam tibi debitam pro malis que fe
ciſti nobis btūs qui retinebit ciues
tuos dum ſūt paruuli ne vlterius creſcāt
et allidet eos ad petrā chriſtuꝫ vt om
nino eoꝝ cupiditates dum tenere ſunt mo
riant anteq̄ꝫ in malicia obdureſcant

Pſalmus.CXXXVII. in quo
monet ad laudandum et exaltan-
dum deum pro liberatione facta
per chriſtum.

Propheta in perſona viri iuſti
pro liberatione facta per chriſtum
ait.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf